

Thef. 8.

Cum  $\ominus$ u  $\oplus$ li prorsus fere coincidit spiritus  $\Delta$ is, saltem quod hic præ communi isto majorem subtilitatem & puritatem habeat, eo quod  $\Delta$  commune magis excoctum puriori succo  $\oplus$ lico, a ramentis metallicis magis liberato, gaudeat; Aliis videtur in destillatione partes quoque  $\Delta$ eas intimius sociatas transcendere, & blandiorem ipsi saporem conciliare. Eidem  $\Delta$ i etiam acetum illud, quod juxta ductum *Basilii, Kergeri* & aliorum ex  $\text{Zii}$  minera paratur, deberi arbitror; Gaudet enim minera ista duplici communiter  $\Delta$ e, interno nimirum magis fixo essentiali, & extrinseco embryonato dicto, quod etiam levi calcinatione in  $\Delta$ e odore statim & flamma se satis prodit.

Thef. 9.

Puriori adhuc acido, minusque metallis imbuto, gaudet  $\oplus$ rum, quod a leniori etiam  $\Delta$ is gradu concedit, & in nebula rutilante emittit, non quidem propter  $\Delta$ eas particulas eidem permixtas, sed lucem potius inter subtilissimos vapores magis collectam & concentratam; Unde etiam fit, quod in liquorem abeuntes vapores, mutata hac porum textura, eundem quoque colorem penitus rursus amittant; nisi ante destillationem filicum calcinatorum, aut calcis vivæ partem triplam  $\oplus$ tro addideris.

Thef. 10.

Ab hoc  $\ominus$ u etiam aquam fortem nihil prorsus differre multis visum est, eo quod eundem fere saporem, odorem eundemque inter se effectum habeant; Licet enim  $\oplus$ lum calcinatum ad fluorem  $\oplus$ tri inhibendum addatur, propterea tamen fixum hujus acidum simul ex eo transire, necessum non erat, præcipue si  $\oplus$ lum fortius calcinatum, & spiritu suo volatiliori orbatum jam fuerit; Alias vero si  $\oplus$ lum leviter calcinatum additur, omnino hujus quoque partes volatiliores accedere & naturam peculiarem conciliare, vel tincturibus notum, quibus pro tincturis suis accuratioribus non sufficit spiritus  $\oplus$ tri, sed aqua fortis, eoque ex æqualibus  $\oplus$ tri &  $\oplus$ li partibus parata; Imo pro diversitate  $\oplus$ lorum etiam varias colorum mutationes observant.

Thef